34.F.E.11.
3
59

RVSTICA
POLYMNIÆ
LAVREOLA

In inſignium Antiſtitum aduentu totius S. Georgij ab Alga Familiæ

Per humiles Alumnos eiſdem oblata.



VICENTIAE,

Apud Franciſcum Groſſum. 1622

Superiorum permiſſu.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

RVSTICA POLYMNIAE LAVREOLA

In Inſignium Antiſtitum aduentu tonus S. Georgij ab Alga Familiae

[illegible]



VICENTIAE,

Apud Franciſcum Groſſum. 1622
Superiorum permiſſu.

POLYMNIA
AD MVSAS

Epigramma Exaſticon.

VEnit feſta dies, triſtes diſcedite curæ,
Nec deſinat cantus, miſtaq; verba iocis:
Hic ZANASCVS adeſt, ſociæ iam rumpite moras
ZANASCI crines cingite laureola.
Si iam per multi læti pallentis oliuæ
Serta dedere Patri: vos quoque ſerta date.

D.Petrus Paulus Monza.

Ad ſupremum Rectorem

MICHAELEM ANGELVM ZANASCVM

Michael Angelus Zanaſcus Anagramatiſmus.

O VENI PATER VNVS RARA VEL PIETATE MICANS.

LAetātis Pacis multos MICHEL' ANGELE plauſus
Quos tuus aduentus protulit accipias
Te, Patrem clamat, Patrēm ſuſpirat, anhelat.
O VENIat rara, vel pietate micans.

D. Fabianus Pacius.

AD EVNDEM.

Ode.

VNde hic tam nouus aduenit
Ardor? quove animus trahitur, & meus?
En dulcis Polymnia
Parnaſique Celer me rapit ad ſpecus,
Et pulſare iubet modo
Cauum dulciſono pectine barbiton;
Vt fontes mihi Theſpios
Phœbi regna libet ſicque reuiſere:
O dextro mihi Numine
Adſitis ſuperum delitiæ: haud ego
Iram fortis Achillei,
Titanum, aut cupio dicere prælia
ZANASCI Decus incliti
Alijs Pindarici tollere carminis
Ad Cœli vaga ſydera,
Fas ſit Pierides: Tunc licet vltima
Parcæ fila legant mihi,
Viuet nemo mea ſorte Beatior.

D. Rainerius Rampazettus.

AD EVNDEM.

Diſticon.


DEt tibi Neſtoreos MICHEL'ANGELE Iupiter annos,
Neſtoreum quoniam, pectus, & ora dedit.

D.Athanaſius Bertolonus.

AD

AD EVNDEM.

Emblema.



IN *tenebris ſiſtens, umbra, ſum noctis imago,*
Tu ſydus lucidum es, lunaque clara mihi.
Ergo cum ſplendor tu ſis ZANASCVS amicus,
Stella tua Olimpi, luna miniſtret iter.

D. Dominicus Scaramutia.

Admod. Reuer. P. D. D.

LVCRETIO MAZVCHELLO

Eiuſdem Familiæ primo Viſitatori vigilantiſs.

Epigramma.

VEniſti tandem noſtras inuiſere domos
Mazuchelle Pater gaudia magna ferens:
Tu Pietate grauis multis meritiſque repletus
Veniſti, en Patrum vocibus aula fremit
Aſpice nunc quanti tentant contingere dextram
Sat mihi ſi poſſum dicere lætus Aue.

D. Petrus Paulus Mõtta.

AD EVNDEM.

Diſticon.

Mores, ingenium, Muſas, Sophiamque ſupremam
Vis vno dicam nomine? LVCRETIVS.

D. Rainerius Rampazettus.

Admod. Reuer. P. D. D.

HORTENSIO OTTOLINO

Eiuſdem Familiæ Viſitatori integerrimo.

Epigramma.

O Ego quam cupio tibi de more ſalutem
Reddere, ſed pauido torpet in ore ſonus.
Quid faciam? accedam? nequeo, vetat inſcia Muſa,
Diſcedam tacitus? ſed negat officium.
Hoc faciam ſaltem, parua hæc tibi carmina ſcribam
Pacius, en Pacem dat Fabianus, Aue.

D. Fabianus Pacius.

AD EVNDEM.

Epigramma.

QVis tibi Diuinos mores, tantamque Sophiam,
Numinis ingenium; pectus, & ora dedit?
Nil mortale ſapis, ſed cuncta hæc pectore toto
Tu Cælo, lingua, mente, animoque refers.
Cum referas Cælo, Cælum tibi præmia reddet,
Tu cito parta tamen; præmia ſero pete.

D. Rainerius Rampazettus.

De vtriſque Viſitatoribus

A L L E G O R I A.

SVnt Gemini Patres noſtri laus vnica ſacli,
Qui pariter clara fama, & honore vigent.
LVCRETIVM magnus, nec non HORTENSIVS alter,
Caſtor hic, hic Pollux, ſydera digna manent.

D. Dominicus Scaramutia.

Ad-

Admodum Reuer. P.

D. D. L A Z A R O
GARZADORO

In SS. Firmo, & Ruſtico Rectore prӕſtantiſſimo.

Dyalogiſmus.

QVo fugis, aereis Phœbus per ſydera pennis?
Sectantem me audias aure benignè precor.
Quid quæris ò puer? an altos nunc dicere cantus?
Nunc GARZADORVM tollere ad Aſtra queo.
Ah ſileas, tanto puer hoc ſub pondere cades;
I fælix gaudens, hoc mihi munus erit.

D. Athanaſius Bertolonus.

Admodum Reuer. P.

D. MICHAELI ANGELO

(BONDIOLO

Procuratori digniſſimo.

Elogium.

EN tibi colegit varios Polymnia flores,
Compoſuit ſertum, quod mihi grata dedit.
Hæc quoque nunc lætus MICHAEL tibi munera dono,
Eſt hoc te dignum ſuſcipe tu placidus.
Virtutes flores ſunt; his tua tempora cinge:
Si hoc facies fulgens vt noua virtus eris.

D. Rainerius Rampazettus.